

Edras



Reemias



Mardocheus



**E**dras vir sanctus atq; doctissimus velut al-  
ter Moyses in populo venerandus habitus est. Hic  
primū de babilone cū ceteris venit: sed iterū  
paterna sollicitudine motus rediit vt plures lucrificaret:  
et secum adduceret. tpe aut isto legem ceterosq; libros  
sanctos repavit. quos combusserant caldei: felix testa-  
mentū orbi relinquens. nouos et faciliores apices in-  
uenit: que in spiritu scō feliciter peracta. venit iterum  
hierusalē cū multitudie magna regalib; pūlegijs: vt  
doceret pplm. Obijt in senectute veneranda sepultus  
ibidem.

**I**ste Darius fuit cōsobrinus Astyagis q̄ dedit ei re-  
gnum. Ambo aut victi sunt a Cyro qui fuit rex p-  
mus persarū: et trāstulit monarchiam ad persas. Ba-  
bilone vicit. Bathasar interfecit. Danielem magnifi-  
cauit. Israel remisit in iudeas vt templū reedificaret.  
victus tamen benigne Cyr; puidit. Astyagi regnum  
hircaniorum et dario medozum concessit.

**R**eemias fuit pincerna Artaxerxis regis persa-  
rum missus ab eo vt instauraret murū hierusalē  
edificauit eā in angustia tps. Hic fuit vir benignissi-  
mus ac deuotione p̄cipu;: qui cum opus dñi expleffet  
miraculose ignē sc̄m repierunt et murū dedicauerunt  
Rediēs ad regē iterū reuersus est hierusalē et mortu-  
us est. ibiq; sepultus iuxta murū quē edificauit.

**M**ardocheus filius Cyri sc̄us persarū rex sexagesi-  
mo captiuitatis anno regnum accipiens regna-  
uit annis. 8. qui ab Esdra artaxerxes: vel assuer; no-  
minatur in libro iudith: Nabuchodonosor a patre vo-  
catur. Hic interdixit ne hierlm̄ et templū reedificaret  
Is em̄ imperius suscipiēs militari gloria atq; iusticia  
cū quadā crudelitate mixta in suos deseniens patrem  
superauit. Ethiopes subegit: et multas puincias suo  
adiexit imperio: pleraq; tñ bella p̄ holofernē gessit po-  
stea in egiptum accedēs cui; cūctos vastauit fines. et  
ibidem Babilonē condidit aliā. De Cambise valeri;  
in sexto refert: qd iudicis male iudicantis pellem de-  
trahi fecisset selle iudicarie vbi filiū suum iudicem cō-  
stituerat apponi precepit.

**I**ste Mardocheus vir sanctus clarus habet in to-  
to regno persarum: tempore sue exaltationis fuit  
295. annorum sc̄m computationem latinozum.

**S**merdis tercius persarum rex octauo et sexagesimo iudaice captiuitatis anno: Cambise in syria mor-  
tuo sine liberis: regnum regnavit mensibus septem: patizetes quē Cambises rebus suis p̄fecerat fra-  
trem suum nomine et facie similitimum regem declarauit. et priorem occiderat. p̄pter quā fraudes dari; hista-  
spis filius confestim coniuratione facta: alterum Smerdim et eius fratrem Patizetes trucidauit. Et ipse p̄-  
triduum persarum rex constitutus est.

Judith holofernes



**H**olofernes princeps militie Nabuch. Cambisis multas ter-  
ras domino suo subiugauit. et tandem venit ad bethuliam:  
et ibi a Judith muliere interficitur in cubiculo papilionis sui  
et omnis eius exercitus fugatur. Fuit autem Judith vidua muli-  
er p̄stātissimi animi et incredibilis aspectus et postq; holofernem p̄-  
cipem obruncasset. tanto in precio habita est apud iudeos vt cūctis  
diebus vite sue omnibus iudeis p̄ferreret: et triūphali laude p̄pe-  
tuisq; preconijs celebraretur. Et cum centum et quinq; annos com-  
pleffet moriens apud virum in betulio cum ingenti luctu et pompa  
sepelitur.

Babilonia noua cōditā a Cambise i egipto

Monarchia Re-  
gum persarum

**Darius**

**Cyrus**

**Cambises**

**Smerdis**

